

*latus neque proconsul Africae recte dici potuit et nullo minus imperator Africae (Mo.). — 3) Intellege: Gnaei uxor.*

**121** Cereri<sup>1</sup> Iuliae Augustae | divi Augusti, matri | Ti. Caesaris Augusti, | Lutatia C. f. sacerdos Augustae | <imp. perpet.><sup>2</sup>, uxor | M. Livi M. | f. Qui. Optati, flaminis G[a]ul. | Iuliae Augusti <imp. perpet.><sup>2</sup>, cum V | liberis<sup>3</sup> s. p. consecravit.

*Gauli (Gozzo) rep., nunc Maltae (X 7501). — 1) Ceres dicitur Livia, more Graeco. — 2) imp. perpet. vocabula postmodum in locum aliorum vocabulorum erasorum intrusa; videtur perpet. vocabulum coniungendum esse non cum imp. sed cum sacerdos et flaminis. — 3) cum quinque liberis, aut: cum v[ir]o et liberis.*

**122** Augustae Iulia[e] | Drusi f. | divi Augusti | d. d.

*Neapoli in museo, Pompeiis ut videtur rep. (X 799). — Similes sunt VI 882 a. IX 4544. X 459.*

**123** divae Augustae | L. Mammius Maximus p. s.<sup>1</sup>

*Herculanei rep. (X 1413; Huebner ex. scr. ep. 146). — Titulus positus est sub Claudio (cf. N. 150), sub quo Liviae caelestis religio decreta est (Suet. Claud. 11. Dio 60, 5). — 1) p(ecunia) s(ua).*

**124** M. Livius [Drus]us Claudia[nus]<sup>1</sup>

*In vico S. Benedetto, ubi fuit Marruvium Marsorum: semel descripta saec. XVIII (IX 3660). — 1) Traditur i . . us Claudia . . . Intellegitur pater Liviae.*

**125** Alfidia M. f. mater Augustae<sup>1</sup>

*Ibidem ubi N. 124, integram descripsit solus Accursius saec. XVI (IX 3661). — 1) Mater Liviae; cf. titulus Samius Bull. de l'école française d'Athènes vol. 1 (1871) p. 251: ὁ δῆμος Ἀλφιδίαν τὴν μητέρα θεᾶς Ἰουλίαν Σεβαστ[ῆ]ς μεγίστων ἀγαθῶν αἰτίαν γεγονυίαν τῷ κόσμῳ, item titulus Tuccitanus II 1667.*

**125<sup>a</sup>** Ti. Claudius Nero<sup>1</sup> pater | Ti. Caesaris Aug.

*Ibidem ubi N. 124, servavit solus Accursius (IX 3662). — 1) Prior maritus Liviae.*

**126** ex domo Scriboniae Caesar(is) libertorum libertar(um), et qui in hoc monument. contulerunt.

*Romae (Grut. 954, 2, semel descripta saec. XV).*

**127** Iuliae Caesaris f.<sup>1</sup> | Ἰουλίᾳ Καίσαρος θυγατρὶ.

*Eresi in Lesbo (III suppl. 7436). — 1) Nata est Iulia a. 745 (Dio 48, 54), titulus positus ante a. 727, quo pater Augustus dictus est.*

**128**

M. Ag	}	rippa
aed.		cur.
imp. Cae	}	sar
II   vir r.		p. c.
ci salu		

*Romae rep. in monte Quirinali (Bull. com. 1890 p. 75; v. 4 lapis admittit etiam M. Ac . . .). — Apparet M. Agrippam aedilem curulem a. 721 nominari una cum*